BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

C. 37 - 1. 1

~~20 - 5 - 8~~

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

20-5-8

R. P. F.

PHILIPPI DIEZ

LVSITANI,

ORD. MIN. REG. OBSERVANTIAE,

PROVINCIAE S. IACOBI,

SVMMA PRAEDICANTIVM,

Ex omnibus Locis Communibus locupletiſſ.

TOMVS QVINTVS.

Aduerte candide Lector, omnia, quæ in hac Summa, maximo cum labore ob Chriſti Ieſu amorem, & proximorum vtilitatem accumulaui, omnino diuerſa eſſe ab ijs, quæ in Libris Concionum à me dudum editis habentur, vti experimento poterit comprobare.



BIBLIOTECA COMUNALE DI SIENA

VENETIIS, M D XCI.

Apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

MODVS ET VIA QVA TYRONIBVS

Concionatoribus ex hac Locorum Communium Summa, vtilitas elicienda sit.



IIS, qui sacrosancto prædicationis ministerio diu, multumque versati sunt, ex omnibus huius summę materijs fructus carpere, & commodum educere facillimum erit: qui autem in hoc sanctissimo munere parum sese exercuerunt, hac poterunt industria, & veluti stratagemate vti, videlicet, quòd cum ad populum concionari voluerint, prius concionem illam, quam habere intendunt, in nostris sermonarijs perattente legant; & conceptus, seu considerationes, quas abundanter ibi reperient, ex huius summæ materijs reficiant, ac quodammodo repleant: & sic re ipsa alias longe dissimiles conciones ab his, quæ ibi scriptæ reperiuntur, conficient, & formabunt. Itaque si de misericordia, vel de patientia, aut de alijs id genus in concione habenda pertractare voluerint,

rint, loca quæ in hac ſumma de illis materijs agunt conſulant: & ibi quid eligant, ampliſſimè reperient. Atque ita ſemper varia, & quæ maxime inter ſe differant, ne auditoribus faſtidium generent, poterunt facillimo negotio prædicare.



BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

FRATER FRANCISCVS ALDRETE PROVINCIAE SANCTI IACOBI,

ORDINIS MINORVM, regularis Obſer. Miniſter Prouincialis.

Dilectiſſimo Patri in Domino, fratri Philippo Diez, egregio verbi Dei concionatori. S. D.

DIVINVS ille Ieſu Chriſti Apoſtolus in Euangelium Dei gentibus deferendum ſegregatus, priori, quam ad Timotheum ſcripſit epiſtola, presbyteros duplici honore dignos haberi iudicat, eos potiſſimum, qui in verbo, & doctrina fideliſſime laborant: nec immerito quidem, cum veritas ipſa illos præ cæteris magnos in eccleſia Dei proteſtetur, qui nõ ſolum doctrinç, verum etiam operibus ipſi doctrinæ conſonis diligentiſſimè ſtudent: Quod cum ita ſit, nullus profecto eſt, qui te hoc tanto præmio dignum eſſe non arbitretur: Peragratis enim quàmplurimis ac nobilibus Hiſpaniarum locis, Dei eccleſiam, & ſpendore ſapientiæ, & vitæ integritate olim proculdubio illuſtraſti: nunc autem eidem negotio intendẽs, eodem ſanctitatis zelo, & ingenti charitatis ardore flagrans, vltima bonæ ſenectutis ætate vigente, ne poſteros tanto beneficio orbatos relinqueres, quæ viuens in ſuggeſtis propoſueras, in lucem edere voluiſti. Denique opus illud titulo locorum communium a te nuperrime elaboratum, vt prælo mandari liceat, tibi, & libentiſſimè concedimus, & te exoratum cupimus. Fœliciter valeas. E Cœnobio noſtro Salmaticenſi, Idibus Aprilis. 1588.

Frater Franciſcus Aldrete
Miniſter Prouincialis.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

APPROBATIO
Doctissimi Patris
FRATRIS DOMINICI BAÑES
Primariæ Theologorum Cathedræ in Academia Salmaticensi præfecti.

HANC Locorum Communium summam ab egregio admodum concionatore Fratre Philippo Diez ordinis Minorum elaboratam, attentissime perlegi, & in ea præclara multa, scituque dignissima, nec non quàm plurima sacræ scripturæ mysteria recondita omnibus verbi diuini concionatoribus vtilissima, & ad prauos hominum mores in meliorem vitæ normam reducendos inueni. Ex ea nanque quilibet concionator tanquam ex amęnissimo topiario diuersis herbis, ac fructuosis arboribus consito, odoriferos, suaues, & vtilissimos flores carpere valebit: ex ea etiam quicunque peccator tela fortissima, atque efficacissima remedia ad spiritualis hostis nequitias superandas poterit depromere. Quapropter cum opus hoc, sicut & alia huius euangelici prædicatoris scripta, non solum sapientiam, doctrinam, ac variam eruditionem: sed etiam spiritualem meditationem contemplationem, & sanctitatem redoleat, dignum iudico, vt ad omnium commodum, atque vtilitatem in lucem prodeat, & literis nunquam perituris mandetur. In cuius rei fidem hæc propria manu subscripsimus. Tertio Calendas Ianuarijs. Anno 1588.

Frater Dominicus Bañes.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA